



Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Qvæstio XVII. An melefici denunciantes, implicitietiam aliis criminibus,
faciant indictum ad torturam maxime quando sunt plures?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

ribus verifimilia alferentibus, l. ob carmen §. si testes: D. de test. c. in nostra est. de test. Curtius Jun. conf. 17. numer. 6. Socin. Jun. conf. 183. num. 10. lib. 2. multum prodest vt testium defectus suppleatur. Carolus Rum. conf. 149. numer. 6. li. 3. Deci. conf. 18. num. 204. lib. 1. Marcard. concl. 944. num. 14. Farinac. q. 47. num. 158. & magnum præstat ad torturam fundamentum. l. 3. & l. milites C. de quæst. non secus ac ea quæ à communiter accidentibus vera sunt. Marfil. in §. diligenter nu. 33. & in sing. l. ad fin.

Sed ista verifimilitudo, quia consideratur potissimum ad hoc vt faciat fidem iudici: minorē vim obtinet, vbi cumque magis restricta & coarctata legibus est iudicis potestas. Inde fit, vt in hac quæstione primo distinguendum, inter crimina non excepta & excepta.


In non exceptis, in quibus criminofide socijs non interrogantur, DD. ad l. fin. C. de accus. & interrogati fidem nõ faciunt, verifimilitudo denũciationis factæ ab vno, non erit sufficiens ad miniculum ad torturam, sicut de infamibus testibus colligitur ex doctrina Baldi in l. 1. nu. 5. C. de sum. Trm. & Castren. bid. ante fin.

In exceptis vero & priuilegiatis criminibus in quibus de socijs interrogatio fit, & infames non arcentur, poterit tam verifimilis esse nominatio & tam bene circumstantijs vestita, vt iudicem quali certum reddat à denunciato crimine commissum: & huiusmodi certitudinem communiter DD. dicunt ad torturam iudici sufficere. leg. Clarum d. q. 64. num. 13. & in terminis de vno teste nõ omni exceptione maiore Menoc. de arb. iud. qu. 84. num. 4. & huc faciunt tradita ab Ozasio Præfide decis. 79. & Bursatio conf. 201. vbi fuse scribit de hoc arbitrio iudici concessi propter ord. iuris, circa torturam: & hoc vt probabile tenet DD. Patavi.

A Quoniam vero talis ac tanta verifimilitudo non solet inueniri in indicijs remotis, sed in propinquis, idcirco facilius hoc iudici faciendum in hisquã illis: propinqua seu proxima est, quæ oritur ex indicio propinquo, quod est immediarum delicto, v. g. si testis de ipso delicto commissio deponeret dicens se Meuiam in cella clausa: in conuentu maleficarum vidisse. Remota vero quæ oritur ex indicio, coniectura, signo & præsumptione. non necessario ipsi delicto maleficij cohærente, v. g. res verba, opera, quæ sapiunt incantationem, vt quod voluit artem magicam aliquem docere, quod damna minatus, quod cum maleficijs conuersatus, &c. In propinquis ergo indicijs hæc facilius vsu venit: simpliciter si iudex sufficientem verifimilitudinem habere se putet: quia plurimum in hieius arbitrium pollet, non auderem condemnare hoc facientem: nec tamen ad id lubenter illum hortarer. Non pugnant ista cum traditis à me lib. 5. Disquis. Sect. 3. §. ad torturam, illic enim locutus sum generaliter, præscindendo à casu tantæ verifimilitudinis, quanta supponitur in erotemate.

D QVÆSTIO XVII.

An malefici denunciantes, impliciti etiam alijs criminibus, faciant indicium ad torturam maxime quando sunt plures?

E  Na hæc quæstionum, in qua duæ sunt opiniones contrariæ valde probabiles. Vna potius auctoritate nixa tenentium, altera vero melioribus rationibus confirmata. Plurimi tenebre quod etiam in criminibus exceptis (vt sunt maleficij, hæresis, sodomia &c.)

focij criminis, qui plures defectus patiuntur, v.g. quia multis alijs criminibus implicati, etiam si aliter veritas haberi non posset, quam per illos, nec ad torquendum, nec ad inquirendum admitti à iudice possint. *hoc tenent Alex. conf. 89 nu. 11. & 12. lib. 3. Socin. conf. 118. volu. 1. Barbat. conf. 65. vol. 4. Marsil. sing. 118. & conf. 102. Gratus conf. 59. vol. 2. Grammat. conf. 38. & 45. numer. 22. & conf. 70. num. 8. & vol. 43. num. 8. Paris. conf. 2. num. 85. vol. 5. conf. 53. num. 76. vol. 4. Gigas. de crim. las. maiesta. titu. Quo modo & per quos q. 7. num. 7. Roland. conf. 16. num. 20. conf. 24. nu. 61. conf. 73. nu. 24. 27. & 28. lib. 1. Siluan. conf. 81 numer. 15. Bysat. conf. 79. lib. 1. conf. 192. lib. 2. conf. 65. conf. 70. & conf. 275. libr. 3. Cephat. conf. 65. 74. & 204. Ondeon. conf. 100. nu. 18. Rimin. Iun. conf. 113. 644. & 571. Iurfin. conf. 81 numer. 65. Bertazz. conf. 3. num. 32. Aymo. conf. 6. num. 54. Natta conf. 298. num. 6. Menoch. cas. 474. num. 54. Mascard. concl. 131. num. 12. & 13. concl. 13. 17. n. 41. & 45. concl. 1359. per totum. & merito communem vocat. Eman. Zoares in ver. testis inhabilis numer. 217. Patauini DD. hanc etiam probant, nisi excessus in numero defectum suppleat: sed plerique allegatorum. non agnoscunt hanc limitationem.*

Horum DD. fundamenta videntur 1. quia tortura potest supplere vnam inhabilitatem & non plures. Secundo non posse numero istum defectum suppleri: quia quod est nullum, non potest numero suppleri: hic vero istorum testimonium non modo debilitatum est sed prorsus annullatum, quia tales sunt prorsus inhabiles. Baiardus, non his argumentis, sed tam densa nube testimonium percussus, videtur admittere hanc sententiam esse veriore iure scripto, sed in praxi non teneri, nam addit ad Clari q. 24. à numer. 128. postquam DD.

A multos nominavit, & argumenta illa duo proposuit, hæc verba subdit: Sed quicquid sit de iure veritas est, quod consuetudo seruat, vt omnes testes cū tortura admittantur, etiam si mille defectus paterentur. Alias raro focij criminis dictum fidem faceret, quia pauci sunt focij criminis, qui pluribus defectibus non sint notati, & sic delicta remanerent impunita. Ego tamen arbitrator, quod tales testes, cum sint magis infames, maiori tortura sint efficiendi, ad eorum dicta conualidandum.] de eadem praxi seu consuetudine testatur Clarus, & eam approbat q. 21. numer. 7. & §. falsum numer. 4. vbi tamen requirit alicuius adminiculi accessionem, quando allegant propriam turpitudinem, ne se fuisse subordinatos: quando vero Clarus non loquitur de allegantibus hanc suam turpitudinem, illic non requirit vllum aliud adminiculum, vt d. numer. 7. Quæ est quoque sententia Bosij de eadem consuetudine attestantis. tit. de indic. numer. 156. circa fin. idem tenet Ioseph Ludoui. Decis. Lucens. 15. asserens se pluries ita præcassse, quod licet Bertazz. & Roland. impugnare tentarint, tamen (ait Baiard. falsum num. 25.) dicant quicquid velint ita seruetur & sic vidi, & ego quoque, practici] eandem sententiam tenent DD. Friburg. cum sequ. tamen distinctione; inter crimina quæ sunt ordinarie coniuncta & quasi subordinata, & ea quæ ab inuicè plane separata sunt, nec habent connexionem prioris generis esse censent cum maleficio crimina heresis, læsæ Maiestatis diuinæ, apostasiæ, Sodomie, parricidij, homicidij, &c. in his tenent affirmatiuam posterioris, cū maleficio videri periurij latrocinium, raptū, furtū, &c. & in his tenet negatiua. Quo ad priora res est multo euidetior: idem tamen teno et quo ad

posterior

Concl.
b

posteriora. Nam argumenta huius affirmatiuæ probant æque de vtrisque & DD. pro negatiua etiam prius membrum impugnant, & æque parum probant de his atque de illis.

Probatur ergo concl. nostra affirmatiua indistincte. primo quia placuit Bofio, Claro, Ludouico, & Baiardo qui omnes in subfellijs & iudicijs exercitatisimi. 2. quia practicatur, vt dicunt ijdem, 3. quia est vtilior reipubl. & iustitiæ. 4. argumenti Friburgensium, quæ sunt. 1. quia lex criminosos & infames ad testimonium in criminibus exceptis ferendum admittens, inter eum, qui vno vel pluribus criminibus inuolutus aut ratione criminum sapius infamis notatus; non distinguit, igitur nec nos distinguere debemus. *1. non distinguemus D. de recept. qui arbit.* Deinde quia malefici plurimis ijsque horrendis criminibus vt plurimum sunt innodati: quod si alijs criminibus maleficos testes carere esset necesse, nullus vquam esset testis idoneus. Tertio crimen maleficij non impedit, quin testis focij contra focium testimonium valeat: ergo nec alia leuiora crimina cum maleficio coniuncta. impedimentum ad terre possint.

Resp.

Cæterum (quod valde notandum) fundamentum partis aduersæ æquiuoco paralogizat. Nam, primo quæ positiui iuris sunt, absolute accipit, quasi etiam omnis essent iuris. Secundo falsum supponit à tortura non suppleri nisi vnum defectum potest enim suppleri plures defectus iuris positiui. quia presumpcio nata ex tortura est iuris gentium: vt & ipsa tortura in genere ad verum exculpendum, non à iure ciuili, sed à gentium iure defluxit, licet modi quæstionum hi vel illi sint iuris positiui: impedimeta vero istorum testium, mere sunt iuris positiui, quo ad hoc vt

A infami plurium criminum nihilominus credatur. naturalis enim ratio solū modo dicat, vt minus credatur istis, quam vno tantum crimine irretitis. Distinguendū itaque inter ea quæ iure positiuo reddunt inhabilem testem, & eius testimonium annullant, & ea quæ iure naturali vel gentium id faciunt. Priora sic inhabilitant & annullant, vt adhuc possint numero, vel tortura suppleri & perfici, quando ex numero aut tortura iure gentium præsumitur verisimilitudo. Posteriora vero simpliciter & omnino sic inhabilitant & annullant, vt neque numero nec tortura queant vnquam perfici vel suppleri. probatur distinctio ex simili de testimonio minorennium proximorum infantia, & proximorum pubertati supra q. 15. Iam expedita est responsio ad argumenta contraria.

B
C Ad 1. tortura potest suppleri vnum defectum & non plures; negatur planè. nam si defectus sit iuris naturalis, nec vnum poterit nec plures. Si vero sit iuris positiui ordinariè quidem supplet vnum: aliquando tamen poterit tam esse grauis, vt suppleat plures.

D
E Ad 2. quod nullum est iure positiuo, non posse suppleri numero, falsum est. nam ex praxi & consuetudine (vt dixi) suppletur, & fauor iustitiæ hoc exposcit, neque in exceptis iudex coarctatur ad huius iuris regulas. Quod vero nullum est iure naturali, siue primario, siue secundo, conceditur, id numquam non posse suppleri: sed negantur istones annullatæ: sunt tantum debilitatæ.